

# **Privilegio de Carlos V en favor de los conventos agustinos de Huesca y Lérida**

POR  
MANUEL BARRUECO SALVADOR, OSA

## INTRODUCCIÓN

Publicamos a continuación un documento relacionado con los conventos agustinos de Huesca y Lérida, que hemos visto en el Archivo Histórico Nacional y que por su antigüedad y por la antigüedad de otros documentos que contiene, merece los honores de la publicación.

Se trata de un privilegio del emperador Carlos V que, en unión con su madre la reina Doña Juana la Loca, aprobaron en 1537 concesiones anteriores de los reyes sus predecesores.

Dichas concesiones eran las siguientes: la reina Doña María, esposa de D. Alfonso V de Aragón, concedía en Maella, el 15 de octubre de 1443, que los agustinos pudieran predicar en los territorios de su reino las concesiones apostólicas de que disponían para poder pedir limosna, crear cofradías y poner alcancías en hornos y molinos para recoger fondos con qué reedificar sus iglesias y conventos y sustentarse a sí mismos. Esta concesión fue ratificada con un documento emanado por el Rey Católico en Barcelona el 14 de septiembre de 1481.

Presentada esta concesión por el prior del convento agustino de Huesca, P. Pedro de Viana a la reina Doña Germana, esposa de Fernando el Católico, en las cortes de Monzón, ella ratificó el 21 de agosto de 1510 dicha concesión y añadió la de que se vieran eximidos de ella. A su vez, el rey católico, tres años más tarde retificaría en Valladolid todas estas concesiones, aumentándolas con la exención del derecho de pontaje para todos sus reinos, en favor de los conventos de Lérida y Huesca, con el privilegio firmado en Valladolid el 28 de enero de 1513.

Como decíamos al principio, todos estos privilegios y concesiones nuevas de los reyes anteriores fueron a su vez ratificadas, a petición del P. Pedro de

Huesca, prior por aquel tiempo del convento de la misma ciudad de Huesca, por el emperador Carlos V y su madre Doña Juana la Loca, esta vez también en Monzón, pero el 14 de septiembre de 1537.

## TEXTO DEL DOCUMENTO

Monzón, 14 de septiembre de 1537

Nos, CAROLUS, divina favente clementia, Romanorum imperator semper augustus, rex Germnaniae, IOANNA, mater, et idem Carolus, Dei gratia reges Castellae, Aragonum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmaciae, Croatiae, Legionis et Navarrai, Granatae, Tolleti, Valentiae, Galletiae, Maioricensis, Hispalis, Sardiniae, Cordubae, ...(?), Murciae, Giennis, Algarbii, Algerzirae, Gibraltaris, Insularum Canariae necnon Insularum Indiarum et terrae firmae maris Occeani; archiduces Austriae; duces Burgundiae et Bravantiae etc.; comites Barchinonae, Flandriae et Tiroli, etc.; domini Biscayae et Molinae etc.; duces Atthenarum et Neopatriae; comites Rosilionis et Certaniae; marchiones Oritani et Gonani.

Ea qua per serenissimos reges praedecessores nostros, praecipuae per Catholicum Regem Ferdinandum, patrem et avum nostrum gloriosae memoriae, concessa seu confirmata fuere, grato animo confirmamus, praesertim quae ad servitium omnipotentis Dei caritativate opera concernunt.

Cum itaque pro parte dilecti filii nostri fratris Hieronymi Hoscani, in sacra pagina baccalaurei, prioris monasterii Sancti Augustini sub invocatione Sanctae Mariae de Gratia civitatis Oscensis, nomine ipsius monasterii totiusque Ordinis mendicantium Sancti Augustini fuerit magestaitibus nostris praesentatum quoddam privilegium confirmationis et novae concessionis per praefatam regiam magestatem concessum ac etiam quaedam provisio eiusdem regiae celsitudinis, quae successive huiusmodi sunt seriei:

Nos FERDINANDUS, Dei gratia rex Aragonum, Navarrai, Siciliae citra et ultra farum, Hierusalem, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae, Corsicae; comes Barchinonae, dux Atthenarum et Neopatriae; comes Rossilionis et Ceritaniae; marchionies Oristani et Gonani.

Cum serenissima regina Germana, consors nostra charissima, curias generales nuper in villa Montisonii celebraret, ad supplicationem vestri, dilecti nostri fratris Petri de Viana, in sacra theologia baccalarii, prioris monaste-

rii Sancti Augustini, sub invocatione Sanctae Mariae de Gratia civitatis Oscensis, quoddam vobis et praedicto monasterio concesit privilegium tenoris sequentis:

Nos, GERMANA, Dei gratia regina Aragonum, Siciliae citra et ultra farum, Hierusalem, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae, Corsicae, comitissa Barchinonae, ducissa Atthenarum et Neopatriae, comitissa Rossilionis et Ceritaniae, marchionissa Oristani et Gonani, locumtenens generalis serenissimi et catholici domini regis, viri ac domini mei colendissimi.

Si inter cetera quaedam placcare iura sit et praecipua virtus inflammata charitas, quae prae ceteris mirum in modum tamquam ab ipso rerum omnium Conditore, ut quam optimum munus hominibus collata refulget, decet sane quemquam catholicum principem eiusque locumtenetem illam totis viribus comple(c)ti eademque in subditos, in eos praesertim qui religionis vinculo devincti, catholice et devote ac sub regulari observantia degunt, assidue uti.

Cum ergo nonnulla privilegia retroactis temporibus concessa fuere Ordini Fratrum Heremitarum Sancti Augustini in regnis Aragoniae et Cathaloniae per retro reges Aragonum praedecessores nostros, indelebilis memoriae, et praecipue per serenissimam reginam Mariam, consortem et locumtenentem generalem serenissimi regis Alfonsi, gloriosae recordationis, fuerunt concessae dicto Ordini litterae continentes inter alia ut in suis regnis et domibus fratres eiusdem Ordinis possint praedicare gratias et indulgentias ipsi Ordini et Ordinibus mendicantium per Summos Pontifices concessas, et eidem extensas religiosi dicti Ordinis Sancti Augustini et sui procuratores confraternitates instituere, bannos in civitatibus et locis quibuscumque suaे dominationis ponere pro rehedificatione monasteriorum et domorum dicti Ordinis, sustentationeque religiosorum. Quibus quidem provisionibus apostolicis et aliis regiis supramemoratis recognitis clare apparebat fratres Ordinis praedicti Sancti Augustini posse et debere eleemosinas et legata petere ubique, recipere et congregare, tamquam veri mendicantes, pro reparacione suarum domorum et fratrum sustentatione, indulgentias apostolicas praedicare et confraternitates et confratres recipere, bannos in ecclesiis et capaços in furnis et molendinis pro eleemosinis aggregandis tenere, cum eleemosinis christifidelium ex indulto apostolico mendicantes sustentari debeant, ut per mendicata suffragia Deo valeant deservire, ut haec et multa alia in memoratis litteris, datis sub regio sigillo communi Maella, XV Octobris anno M° CCCC° XLIII° latius patere videntur.

Quae quidem litterae, cum omnibus praedictis superioribus annis fuerunt (per) praefatam Catholicam Magestatem confirmatae et de novo concessae praedicto Ordini, prout in privilegio inde expedito, Datum Barchinonae XIIIJ die mensis Septembris anno a nativitate Domini millesimo quadringen-

tesimo octuagesimo primo diffusius vidimus contineri, fueritque nobis himili-  
ter supplicatum pro parte vestri dilecti nostri fratri Petri de Viana, in sacra  
theologia bachalarii, prioris monasterii Sancti Augustini sub invocatione  
Sanctae Mariae de Gratia civitatis Oscensis, a tribus annis citra per vos aut  
industria vestra edificati, ut quamvis praedicta dicto monasterio et eius fratri-  
bus concessa intelligi possint, cum diutius monasterium praefati Ordinis  
Heremitarum Sancti Augustini praefatae provinciae Aragonum sit, nihilomi-  
nus tamen specialem gratiam facientes, praedicta et subscripta omnia et singu-  
la vobis ac dicto monasterio ex regia benignitate concedere dignaremur,  
supplicationi quidem ipsi grato animo annuentes ac vestigiis praefatae Catholicae Magestatis, memoratu dignis, inherentes et zelo charitatis impulsi, tenore  
praesentis ex nostra certa scientia delli liberateque et consulto, concedimus  
vobis, dicto priori fratribusque et conventui monasterii Sancti Augustini sub  
invocatione Sanctae Mariae de Gratia praedictae civitatis Hosicensis et succes-  
soribus vestris in eodem monasterio qui in regnis et dominiis praefatae Regiae Magestatis et nostris possitis et possint, per vos seu procuratores vestros et  
eorum, praedicare gratias et indulgentias dicto Ordini et Ordinibus mendican-  
tium per Summos Pontifices concessas et elemosinas et legata petere et ubi-  
cumque recipere et congregare, tamquam veri mendicantes, pro reparacione  
seu augmento dicti monasterii ac vestra et eorum sustentatione, indulgentias  
apostolicas praedicare et confraternitates et confratres recipere, bannos in  
ecclesiis et peras seu capaços in furnis et molendinis pro elemosinis congre-  
gandis tenere, et alia facere quae praedicto Ordini Heremitarum Sancti Augustini, ut praefertur, per dictam serenissimam reginam Mariam concessa  
ac per praefatam Catholicam Regiam Magestatem confirmata necnon conces-  
sa fuerunt.

Quocirca universis et singulis archiepiscopis, episcopis, praelatis, abbatibus, prioribus, decanis, canoniciis et capitulis ac ceteris quibusvis ecclesiasticis personis in ecclesiis et dioecesisibus praedictorum regnum et terrarum dici-  
mus, eosque requirimus et hortamur, regenti vero officium ac gerentibus vices generalis gubernatoris, ducibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, nobilibus, riquis hominibus, militibus, generosis justitiis, calmetinis, consilia-  
riis, consulibus, vicariis, baiulis, subvicariis, subbaiulis iuratis, merinis sup-  
raiuntariis, procuratoribus, fiscalibus, proceribus et probis hominibus et offici-  
cialibus quibuscumque, quorumvis regnum et terrarum dictae Regiae Magestatis et nostris, ceterisque universis et singulis officialibus et subditis praefatae Regiae Magestatis praesentibus et futuris, ad quos spectet et locum-  
tenantibus eorumdem dicimus et districte praecipiendo mandamus sub irae et indignationis regiae et nostraræ incursu penaque florenorum auri Ara-  
gonum auri Aragonum (*sic*) duorum millium si contra fecerint, quod non cre-

dimus, regiis inferendorum erariis, quatenus vos procuratoresque et quaestores ad dicti monasterii, qui sub specialibus protectione, salvaguardia et securitate regiis possiti et constituti estis et sunt, prout vos et eas eas ad uberiorem cauthelam sub ei(s)dem protestatione, salvaguardia et securitate regiis cum praesenti ponimus et substituimus bene commendatos habentes, et suis super praemissis piis elemosinis charitatibus et favoribus prosequentes et populos pro dictis indulgentiis publicandis et audiendis praedicationibus congregantes seu congregari facientes, praesentem nostram concessionem ac omnia et singula in ea contenta teneant firmiter et observent, tenerique et observari faciant inviolabiliter per quoscumque.

Et dictae ecclesiae personae licentias pro publicandis indulgentiis in suis dioecesibus vobis dicto priori, fratribus et conventui praefati monasterii memoratae civitatis Oscensis concedant pro reparatione et augmentatione ipsius vestraque et sua sustentatione. Cauto, siquidem, a contrario faciendo aut permitting ratione aliqua sive causa pro quanto praefatae ecclesiasticae personae nobis morem gerere, ceteri autem officiales et subditi regii et nostri predicti praepositam cupimus non subire penam.

In cuius rei testimonium praesentem fieri iussimus, regio sigillo impendi munitum.

Datum in villa Montisoni, die vicesima mensis Augusti anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo duodecimo, regnorumque eiusdem serenissimi domini regis videlicet Siciliae ultra farum anno xxxxvº, Aragonum et alterum trigesimo quarto, Siciliae autem intra farum et Hierusalem decimo. Regina domina regina locumtenens generalis mandavit michi Ioanni Garcia.

Visum per Augustinum vicecancelarium et Ferrer regentem thesaurarium ac pro conservatore Aragonum.

Nunc vero pro parte vestra et ipsius monasterii Sanctae Mariae de Gratia ac etiam totius Ordinis mendicantium Sancti Augustini fuit Maiestati nostrae humiliter supplicatum ut privilegium paeinsertum confirmare ac vobis et fratribus dicti Ordinis praesentibus et futuris de novo concedere ex nostra solita benignitate dignaremur.

Nos vero vestigiis praefatae serenissimae reginae necnon serenissimae reginae Mariae, consortis et locumtenentis generalis serenissimi regis Alfonsi, patrui et praedecessoris nostri, immortalis memoriae, qui simile dicto Ordini concessit privilegium, inherentes achi (sic) zelo charitatis impulsu, animadvententesque hoc esse in Dei omnipotentis servitium divinique cultus augmentum et predicti Ordinis augmentum et ampliationem, supplicationi ipsi grato animo duximus annuendum.

Thenore igitur praesentis, ex nostra certa scientia deliberateque et consulto, privilegium paeinsertum ac omnia et singula in eo contenta non tan-

tum laudamus, approbamus, ratificamus, emologamus ac confirmamus, verum etiam dicto monasterio et conventui Sanctae Mariae de Gratia praefatae civitatis Oscensis ac toti (*sic*) Ordini praedicto mendicantium Sancti Augustini in perpetuum concedimus et ad ipsum Ordinem protendimus et ampliamus, nostraque laudationis, approbatiosnis, ratiificationis, emologationis, confirmationis ac novae concessionis pro tenoris et ampliationis munimine seu praesidio roboramus et validamus.

Quocirca serenissimae Ioannae, reginae Castellae, Legionis, Granatae etc., principi Gerundae, archiducissae Austriae, ducissaee Burgundiae, etc., filiae primogenitae nostrae charissimae, gubernatorique generali ac post felices et longos dies nostros in omnibus regnis et terris nostris, Deo propitio, immediate heredi et legitime successori, mentem nostram declarantes, sub paternae benedictionis obtentu dicimus et rogamus, illustri(bus) vero spectabilibus, magnificis, dilectis consiliariis et fidelibus nostris, vicegerentibus et locumtenantibus generalibus nostris gerentibus vices nostri generalis gubernatoris, baiulis generalibus ceterisque universis et singulis officialibus et subditis nostris, tam maioribus quam minoribus, quocumque officio, dignitate et iurisdictione fungentibus in dictis nostris regnis et dominiis, et signanter in dicto regno Aragonum constitutis et constituendis, calmetinis quoque, consiliariis, consulibus, iustitiis, vicariis, baiulis, subvicariis, subbaiulis iuratis et aliis quibuscumque officialibus quarumcumque civitatum, villarum et locorum regnum praedictorum et quibusvis aliis tam ecclesiasticis quam saecularibus, praesentibus et futuris, requerendos ex eis requirentes, dictricte praeci- piendo mandamus, sub irae et indignationis nostrae incursu penaque florenorum auri Aragonum mille, nostris sufferendum erariis, quatenus nostram huiusmodi laudationem, approbationem, ratiificationem, emologationem, confirmationem et novam concessionem, pretensionem et ampliationem ac omnia et singula praexpressa et in dicto reginali privilegio praeconta- vobis dicto priori et aliis prioribus, fratribus et conventibus praedicti monasterii Sanctae Mariae de Gratia praefatae civitatis Oscensis et aliorum quorumcumque monasteriorum praefati Ordinis mendicantium Sancti Augustini, praesentibus et futuris, teneant firmiter et observent, tenerique et observari inviolabiliter per quos deceat faciant. Cauto siquidem a contrario faciendo aut permittendo ratione aliqua sive causa, pro quanto dicta serenissima regina et personae ecclesiasticae nobis morem gerere et obedire, ceteri autem officiales et subditi nostri praedicti praeposse cupimus non subire penam.

In cuius rei testimonium praesentem fieri iussimus, nostro communi sigillo impendi munitam.

Datum in villa Valleleti, die XXVIII mensis Ianuarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo tertio, regnum nostrorum videli-

cet Siciliae ultra farum anno XXXXVIº, Aragonum et aliorum XXXVº, Siciliae autem intra farum et Hierusalem XIº, Navarrai autem secundo.

Yo el Rey.

Vidit Augustinus vicecamerarius

Vidit generalis Thesaurarius

Vidit Conservator generalis.

Dominus rex mandavit mihi Ioanni Royz de Calcena.

Visum per vicecamerarium, per thesaurarium et conservatorem generalem.

Don Fernando, por la gratia de Dios rey de Aragón, de Navarra, de las Dos Sicilias, de Hierusalem, de Valentia, de Mallorqua, de Cerdanya y de Córsega; conde de Barcelona, duque de Atthenas et de Neopatria, conde de Rosellón y de Serdanya, marqués de Oristán y de Gonano.

A los ilustres, spectabiles, magníficos, amados consejeros y fieles nuestros qualesquier, visoreyes y lugartenientes generales nuestros, i gente portant veces de nuestro general governador, bayles generales y todos qualesquiere otros oficiales nuestros, assí mayores como menores, en los dichos nuestros reynos y senyorios, constituidos y constituideros, calmedinas, consejeros, justicias, consules, vegueres, bayles, sobvegueres, sobayles, paheres, jurados y otras qualesquiere personas a quien las cossas infrascriptas pertenescan y las presentes en qualquiera manera serán presentadas y a qualquiere dellos, salud y dilección.

A nos ha sido recorrido por parte de los priores, frayles y conventos de los monasterios de la Orden de mendicantes de Sant Augustín de las ciudades de Huesca y Lérida y de otros monasterios de la dicha Orden con gran quexa, diciendo que ahunque ellos son frayles y mendicantes y de justitia no deven pagar drecho de pontaje, muchas y diversas veces, passando por las puentes de las ciudades de Çaragoça y Lérida y de la villa de Fraga y de otras villas y lugares desos reynos, les compellen y hazen pagar el dicho drecho de pontaje, no embargante que ellos dizen que no lo deven pagar por ser frayles y mendicantes, en mucho danyo y agravio suyo.

Por lo qual havemos seydo por su parte supplicado hubiéssemos por bien de proveer y mandar que de aquí adelante no se les pida ni lleve el dicho drecho de pontaje. E porque es cosa justa que assí se haga por ser ellos frayles mendicantes, por ende con tenor de las presentes, de nuestra cierta sciencia, expressamente y delliberada vos dezimos y mandamos, so furorrecimiento de nuestra ira e indignación e pena de mil florines de oro, de los bienes vuestros si lo contrario fizierdes, lo que no crehemos, irremisiblemente exigidores y a nuestros coffres applicaderos, que de aquí adelante no pidays, exigitays ni

llevéis pedir, exigir ni llevar permitais, en manera alguna, de los dichos frayles de los dichos monasterios de Huesca y Lérida ni de otros qualesquiere monasterios de la dicha Orden de mendicantes de Sant Agustín derecho de pontaje ni por ello les hagays ni permittais ser hecho impedimento ni molestia alguna, guardándovos attentamente de hazer o permitir ser hecho lo contrario, en alguna manera, si nuestra gratia teneis chara y la pena susodicha deseays no incurrir.

Dat. en la villa de Valladolid a XXVIII días del mes de enero en el anyo del nascimiento de nuestro Señor mil quinientos y tretze.

Yo el Rey

Vidit Augustinus vicecamerarius

Vidit generalis Thesaurarius

Vidit Conservator generalis.

Dominus Rex mandavit michi Ioanni Roiz de Calcena.

Visum per vicecamerarium, per thesaurarium et conservatorem generales.

Cum fueritque Magestatibus nostris humiliter supplicatum ut praeinsertum privilegium et provisionem laudare, approbare, ratificare et confirmare et, quatenus opus esset, tibi et dicto monasterio ac toti (*sic*) praedicto Ordini mendicantium Sancti Augustini concedere ex nostra solita benignitate et munificentia dignaremur, inherentes quippe vestigiis non parva laude dignis praefatae Catholicae Regiae Magestatis ac respectibus et considerationibus quibus ipsa fuit inducta, supplicationi quidem ipsi libenti animo annuendum duximus.

Tenore igitur praesentis, ex nostra certa scientia, delliberate et consulto, praeinsertum regium privilegium et provisionem ac omnia et singula in eis contenta non modo laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, verum etiam, quatenus opus sit, vobis dictis priori, monasterio ac toti (*sic*) Ordini mendicantium Sancti Augustini concedimus iuxta formam et tenorem dicti praeinserti privilegii et provisionis, ac sic et prout melius et plenius in privilegio et provisione ipsis ac contentis in eisdem usi fuistis et estis in possessione, nostraequa laudationis, approbationis, ratificationis et confirmationis ac novae concessionis munimine seu praesidio roboramus et validamus.

Quocirca Illmo. Philippo, Austuricarum et Gerundae etc. principi, filio primogenito et nepoti nostro charissimo ac post felices et longevos dies nostros in omnibus regnis et dominiis nostris immediato heredi et legitimo successori, vestrum aperientes intentum sub paternae avitaeque benedictionis obtentu dicimus, Illustribus vero admodum reverendis ac piis (?), venerabilibus, spectabilibus, nobilibus, magnificis et dilectis consiliariis ac fidelibus nostris quibuscumque archiepiscopis, episcopis, praelatis, commissariis sive lega-

tis per Sedem Apostolicam deputatis et deputandis, abbatibus, prioribus et decanis, archidiaconis, canonicis, cantoribus, sacristis, rectoribus, vicariis ac ceteris quibuscumque ecclesiasticis personis, ducibus quoque, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, nobilibus, militibus et generosis, necnon locumtenentibus generalibus et viceregibus nostris, officium gerenti ac gerentibus vices nostri generalis gubernatoris, baiulis generalibus, iustitiis, salmedinis, consiliariis, consulibus, patiariis, vicariis, subvicariis, baiulis, subbaiulis, iuratis, consiliis et universitatibus, custodibusque pontium et aliis universis et singulis officialibus et subditis nostris ubique dictorum regnorum et dominiorum nostrorum coronae Aragonum, et signanter huius regni Aragonum, constitutis et constituendis, ad quos spectet dictorum officialium locatentibus praesentibus et futuris, requirendos tamen ex eis requirentes, dicimus et districte praecipiendo mandamus, sub irae et indignationis nostrae incursu penaque florenorum Aragonum auri trium milie, a bonis ... (?) eorum contrafacentes (quod non credimus) irremisibiliter exhigendorum, nostris inferendorum era-riis, quatenus huiusmodi nostram laudationem, approbationem, ratificationem, confirmationem et novam concessionem et omnia et singula preeexpressa et iuditio reginali, privilegio et provisione regia preecontenta vobis dicto priori et conventui praedicti monasterii Sanctae Mariae de Gratia pрадictae civitatis Oscensis ac aliis prioribus, fratribus et conventibus aliorum quorumcumque monasteriorum praefati Ordini mendicantium Sancti Augustini, preesentibus et futuris, teneant formiter et inviolabiliter et obseruent, tenerique et observari faciant per quos deceat inconcusse, et non contra faciant vel veniant nec aliquem contra facere vel venire patientur ratione aliqua sive causa fidimus (?). Illmus princeps et dictae ecclesiasticae personae nobis morem gerere et obedire, ceteri autem officiales et subditi nostri pree-libati, praeter irae et indignationis nostrae incursu, preepositam penam cupimus evitare. Ac volumus, decernimus et mandamus quod preesentis exemplo sive transumpto, per publicum notarium more solito autenticato, tanta fides adhibeatur, quanta huiusmodi suo originali.

In cuius rei testimonium preesentem fieri iussimus, nostro communi sigillo impendenti munitum.

Datum in oppido nostro Montisoni, die XIIIJ mensis Septembris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo, imperii nostri anno XVIIIJ, regnum autem nostrorum videlicet Reginae Castellae, Legionis, Granatae, etc. XXXIIIJ<sup>o</sup>, Navarrai XXIII<sup>o</sup>, Aragonum vero, utriusque Siciliae, Hierusalem et aliorum XXII<sup>o</sup>, regis vero omnium vigesimo secundo.

Yo el rey.

Vidit M. dig. vicecancellarius

Vidit conservator generalis

Vidit Perrenotus.

Vidit Miguel Sanchez de Lan., locumtenens generalis, thesaurarius in diversorum Aragonum sigilli communis VIIº florenos. 1º.

Cesarea, etc. Catholica Magestas mandavit michi Ugoni de Urries.

Visum per Perrenotum Mayunt, vicecancellarium, locumtenentem generalis thesaurarii et conservatorem generalem. (*Rúbrica*).

Sig + num mei, Ioannis de Aliuca (?), habitatoris civitatis Oscae autoritateque regia per regna Aragonum et Valentiae notarii publici, qui huiusmid copiam a suo originali privilegio regio pergameno scripto, a sacra Caesarea Catholica Magestate imperatoris et domini nostri regis Aragonum, Castellae, concesso manuque dicti domini regis firmato, sigilloque eius cancellariae impendiendi sigillato moreque solito expedito, extraxi et per alium scrivi feci, cum dicto suo originali privilegio regio melius quo potui comprobavi. In quorum fidem meo solito signo signavi. (*Rúbrica*).

MADRID, Archivo Historico Nacional, *Clero*, leg. 2410 (Huesca).